

S. VIII. 33.

EPITHALAMIA

Egregio & Spectato

VIRO

Dn. JOHANNI

JACOBO TREDERO,

Ordinis Mercatorii Praefecto

Juxta &

*Lectissima ac Pudicissima femina*

Annae Trebbins

Viduae Röchlinianae

*Dicata ab amicis.*

Quarto ante Kalend. Novemb.

ANNO cl. lcc. XXXIX.



STETINI, Typis GEORGII RHETII.



**Q**uod thalami instaures Affinis ama-  
bile fœdus,  
Festa *secunda* docent, quæ, IANÆ  
IACOBE, parasti  
*Vitifero* autumno, propria est cui nobilis uva.  
Omen habet tempus: exemplum *vitis* optimæ  
In vitæ focia, reniq; experierè *secundam*.

Ergo damus bona verba *secunda* ac fausta  
precantes,  
Tale sit hoc vestrum, VIR quale vel Optimus optet,  
Conjugium, sibi quale vel Optima FOEMINA po-  
scat.

f. die X. Calendis Novembris  
Juliani c12. 12. C. XXXIX.

LAURENTIUS EICHSTADIUS, Med. D.  
& Patriæ Physicus Ordinarius.

**D**ucimus uxores, Et credimur esse beati,  
Conjugis in socio posse cubare thoro.  
Fallor

Fallor; an hæc vera est hominum speculatio & causam,  
Dic mihi? Ceu perhibent: Omnia vincit amor,  
Nam licet innumeros habeant Connubia casus;  
In nubus & liber quis tamen esse velit?  
Vix nomen recitare suum scit amare Juventus,  
Conjugat ille Volo, conjugat alter Amo  
Omnia vincit amor: nec nos cedamus amori:  
Cum viduus viduam convenienter ames:  
Usq; adeo ut viduam, quàm malis habere puellam,  
Quod si crimen erit, crimen amoris erit  
Non dubium, Tædis libertatem quoq; vendi:  
Et qui nos vincit, nos quoq; vendit Amor!

Amicissimo meo Tredero ita cum  
voto felicitatis alludeb.

JOACH. Hammermeister  
Synd. Prov.

A Monsieur l'Espous.

Le nom de vostre esponse, comm' on dit, est Tresbien,  
En convsant aver elle, faitor le dony Tres-bien.

POST NUBILA PHOEBUS.

Der Herr tödtet vnd macht lebendig.

I. Sam. 2, v. 6.



On semper terret, torretve, uritve, feritve;  
Sed quoq; solatur consolidatq; DEUS.  
Exemplo TRETERE tuo, qvod abundè probatur,  
TRETERE Aonij portio magna chori.

A 2

Hæcte-

Haecenus innumeros tibi lamentabile planctus  
Elicuit fatum, conjugis atra dies.

Jam melior, fortuna subit, Tibi jamq; ministrat  
materiam risus lætitiæq; DEUS.

En Tibi TREIBINIAM, quo ne curæq; dolorq;  
intrent, occludet cordis, Amice, fores.

Pelta Tibi fiet TREBBINIA, scutula, pelta,  
cui nomen Charites imposuere suum:

*Anna enim  
gratiosam  
significat.* Illa Tibi curas omneis expunget, & omneis  
panget læticias, laucitiasq; Tibi.

Non semper largo cœlum madet imbre, sed aurei  
post nebulas Phœbi lampas amica micat!

Exemplo res ista tuo TREBBINIA clara est,  
ANNULA JAN-JACOBO, melq; favusq; suo.

Qvot tibi singultus, & qvot suspiria, qvotq;  
extorsit gemitus, Mas, genitrixq; Tua?

O me, exclamabas, infausto sidere natam,

O cur non eadem me qvotq; tumba capit?

Qvis mihi, qvis Yperest Tutorq; Paterq; misellæ,

Qvæ spes pupillis, perfugiumq; manet?

Parcæ cur nostræ sic vitæ parcitis, & cur

Me non Morta cupit, crypta eademq; capit?

Sic lamentantem Te sæpè audivimus, hæcq;

mittere ad ætherias, ejula verba, domos.

Sed planctum satis est. jam sat TREBBINIA luctum,

ANNULA JAN-JACOBO, multa talusq; suo.

En Tibi Tutorem TRETTERUM, Teq; Tuosq;

Is patrocínio suscipit ecce suo.

TRETTERUS Tibi Tutor erit, Mas atq; Patronus

Hostes calcabit, diluet atq; tuos.

Qvid cessas? fidei tanti Te crede Patroni,

TRETTERUMq; tuo conde foveq; sinu.

Ut



Ut Te TRETERUS condat, foveatq; sub umbrâ  
alarum, gremio suscipiatq; suo.

Treten 9.  
vertreten.

O vos suscipite, ut vos gratia summa J E H O V Æ  
suscipiat, foveat, prosperet, ornet, A M E N.

*Ita cū tris uapōdas*

Clariff. Dn. Tretero, Treteriq;  
mellillæ acclamab.

Gregorius Schermerus.



*Onjugium omne jugum est, duo quô jun-  
guntur Amantes,  
Inque unum coëunt fœmina masq; to-  
rum.*

*Sed leve tale jugum est, cujus non pœnitet unquam,  
Et quod diruptum mox iterare iuvat.*

*Mutua namq; piè sancitum munera prestat,  
Et facit ut vitæ sint sua fulcra male.*

*Quicumq; ergo suis querit solatia rebus,  
Prudens huic subdat colla magnusq; iugo.*

*Quod dum Tu aggredieris, vir spectatissime, laudes  
Votaq; debentur optima queque Tibi.*

*Faxit Jova potens thalamusq; domusq; deinceps  
Ad votum fatis gaudeat usquè bonis.*

Precabundus deprop.

M. Martinus Leuschner

Illust. Poedag. Stet. Rector.

**G**Ratabar, Nuptam tibi te lociante priorem:  
Elebam, Nupta eadem cum tibi rapta foret,  
Grator nunc iterum, Nuptâ veniente secundâ:  
Hujus me nolit funera flere Deus.  
Sic dabitur, longô vos vivere tempore junctos,  
Multos, opto, beent cætera dona dies.

Honor. & Amicit. caus. f.

**M. HEINR. KIELMANNUS,**  
Gr. Ling & Poes. Prof. & ConR.  
Pæd. Stet.

**D**um vestra unanimes coeunt in fœdera dextra  
Connubij, ac nectit vincula castus amor,  
Et latè applaudit vobis chorus omnis Olympi,  
Et nos conjunctim vota litare juvat,  
Felicet thalamos ex omni parte precantes,  
Ac duraturâ gaudia firma fide.  
At Pater omnipotens niveum simul adjicit omen,  
Nostraq; (non dubito) verba rata esse volet.

Fiat ita, fiat!

Συχαίρων τοῖς Νεογάμοις Ἀφφινι-  
tis ergo facieb.

**M. ERICUS PELSHOFFERUS**  
Pæd. Stet. SubR. & Prof.

Pulchra

**D**ulchra fuit, divesq; fuit Matrōna, prioris  
 Conjugii conlors; casta, pudica fuit.  
 Est pulcra, est dives Matrōnaq; posterioris  
 Conjugii Conlors, casta, pudica simul.  
 Quum sic *hæc* Illam Tibi repræsentat ad unquem  
 Corporis & Sortis dotibus, atquæ Animi,  
 Ad tempus tantum privates, *Sponse*, fuisti  
 Conjuge: *adest* quippè in posteriore prior.

*Metaphrasis Germanica.*

**E**n' Schöne/ reich' Matron wahr d' ersten EheGatinne/  
 Keuschheit vnd Züchtigkeit schweb' t ihr allzeit im Sinne.  
 Ein' Schöne reich' Matron ist d' andern EheGemahl/  
 Keuschheit vnd Züchtigkeit liegt in ihrs Herrkens sael.  
 Weil diese Jechne so repræsentiret eben/  
 Was Leibs/ vnd Glückes guth/ des Gemüths betrifft daneben/  
 Ein zeitlang/ Herr Bräutigam/ ist euch entzogen nur  
 Ewr EheGemahl: die Erst in d' Andern tritt hervor.

*affectus ergo*

M. Martinus Bambanius, Sch.  
 Sed. Sen. ConR.

**S**ic est, Aonidum proles ô Daphnidis Ardor  
 Solæq; Phæbeis gloria nata modis.  
 Fulgentis quoties summus moderator Olympi  
 mancipat, unanimitristia fata, thoro  
 Aut prorsus thalami densati gaudia tollit  
 falcibus immisis mortis ab arce poli:

*Ento.*

En toties, paucis exactis mensibus anni,  
Inspirat thalamo, gaudia grata, novo.  
Nasceris exemplum sanè mirabile cunctis  
expertus mortis spicula missa tuis.  
Hoc, ego pegasidum vates, tibi laudis in aurem  
Aonij nodi dexteritate dabo:  
Conjugis amissa quondam data fœdera, amori,  
federis adstructam, te coluisse fidem,  
Hinc sensus animi, regnantia Numina vota  
fonte profecta tuis pectoris aure bibunt  
Victa tuis votis ceu convincentibus armis  
excipiunt gemitus, aure legente, tuos  
Mittendo cordis nitida solamen ab arce,  
Ut casti sociam mente fideq; thori.  
Quæ molem curæ quæ fluctus mitiget iræ  
Quæ pascat dulci pectora lenta joco  
Quæ sensus animi tristes, & vulnera ceca,  
eloquij blandi scilicet arte liget,  
Quæ referat partem, quâ junctâ parte referris  
luteger assumptâ parte Maritus eris  
Quamodo tecta domus suffulciat alta labantis  
quæ simul assiduo lumine lustret opes  
Quæ tactu factum, factum producat ut actum  
accrementa Chori pignora casta thori,  
Ergo Thespiadum cultor Phæbiq; sacerdos  
Bellerophontea, concelebrande, lyrâ

Tali-

Taliter accipias sponsam tibi scilicet ANNAM  
decreto Divum nuper ab arce datam  
Vivite concordēs concordia praelia amantes  
Diverse mentes, una futura, due  
Luctando nunquam, succrescite queso movendo  
Fronde triumphali premia digna feram  
Secedo, dat signa Venus, concordia bella  
Cypridis alatus filius arte canit

Et gratulando ex animi affectu  
siccecinat.

M. EOWALDUS ZULICHIUS  
Poet. Laur.

**M**ulta quidem species veri laudatur amoris,  
Sed mage quā Coniunx rite tenere cupit.  
Nam quantum differt alienum corpus ab isto  
Quod proprium retines, perpetuoq; foves.  
Tantum etiam distat Promissio facta, marito  
A reliquis, siquidem fortius illa ligat.  
Improbis à cunctis privatur laude Maritus  
Qui vitæ sociam non adamare potest.  
Tristius ut pariter nihil est uxore malignâ  
Quæ turbat requiem perfida sæpe domi,

B

Felix

Felix illa domus, quam cum Virtute gubernat  
Post Dominum caræ Conjugis alma fides.  
Quæq; Viri, novit solamine, pectus ab omni  
Tristitiâ, ac suavi voce levare sua.  
Mente pia hâc, probitate simul cui cõtigit uxor,  
Hunc nemo superat *prosperitate Virum*.  
Tales expertus Virtutes, *Sponse, priori*  
Conjuge, nunc similes Altera grata dabit.  
Quod precor, ut placitam hanc videas sine tur-  
bine sortem,  
Et plures voto hõc possideasq; dies.

Iteratis feliciter nuptiis Dn. Affinis Sponsi denuò  
sic gratulari paratus fuit.

*Bona ventura Werther.*

Joannes Jacobus Trederus

*ἀναχαμπιστοδής*

Anne id bis? fors verè vocat

*ἐκείνη.*


**S***I Fortuna Virum quaerit, sunt omnia salva;  
Si Vir Fortunam, non benè cuncta cadunt.  
Prospera quem fors ergò vocat censetur is ipse  
Felix. Judicium sit Nove Sponse tuum*

*Expertis*

*Expertis est danda fides; Expertus es aequam  
Sortem. Judicium fer Nove Sponse tuum.  
Nam te fausta vocat sors Vota secunda petentem  
O Felix quem sors talis in orbe vocat! (Euge  
ANNE BIS ID factum est? TE SORS VERE VOCAT.  
Quando vocat Te sors, utere sorte tuâ!  
Utere sorte tuâ, letusq; jugalia vincla  
denuò ad, sortem firmet Iov A tuam!*

Ita veteri suo Dn. Hospiti animitus  
applaudit

*Johannes Prillewitz  
S. S. Theol. Stud.*

 *l mea spirarent totum præcordia Phæbum,  
Si doctis constriçta modis effundere possem  
Verba Poetarum, si gens Pimplæa faveret,  
Atq; ministraret mihi suavia carmina, Cur nõ  
Hæc Venerande Parens, tibi soli jure dicarem?  
Sed mea Castalio non sunt labra tinçta liquore,  
Nec me Mæonio formavit Phæbus in antro,  
Calliopeja lyram negat, & Polyhymnia venam  
Non alit, & mihi non sua pocula præbet Apollo  
Nec fluit Aoniæ lymphæ mihi rivus amænus,  
Cum tamen hæc alij suavissima carmina luce*

Fudentes tibi vota ferant, mea & adfero vota:  
Conjugij dum vincla novas, vice matris amatæ  
Quando aliam jungis lateri, precor omnia fausta  
Adsit Eros, discedat Eris, Concordia vestras  
Armet & obsideat mentes, sic gratia lætis  
Omni parte domum vestram circum strepet alis  
Juno Venusq; suas sic vires exleret, & vos  
Cum fuerit tempus perpulchra prole beabit.  
Crescite, multiplicare Genus dulcesq; nepotes,  
Natorum ut nati rursus nascantur ab illis!

*Ex sinceri animi affectu, paucula hac in perpetuum  
sui parentis honorem & observantiam,  
lubens applaudere voluit.*

MARTINUS BRAUER.

Ad lib. i. Odam 24. Horat.

**Q**uis desiderio sit pudor aut modus,  
Quam Lethum rapuit? Transtulit, abstulit  
Illam Cunctipotens, nunc placidam Pater  
Reddit cum cytharâ Tibi.

Ergo, vir sapiens, perpetuus favor  
Servat Te, Venus & Justitia soror,  
Incorrupta fides, Divaq; dextera,  
Quando ullum invenio parem?

Uxor



Uxor, Sponse, Tibi flebilis occidit,  
Quare Cunctipotens Hanc Tibi reddidit;  
Tu frustra pius en! non ita creditum

Poscis sua violum Deos.

Tu, Tu Threiciò blandior Orphed,  
Auditam moderante arboribus fidem:

Nam tua redijt sua vis Amicula

Per vota & tua cantica.

Vos ergò vigiles vivite, crescite,

Mater Trederides, Trederides Pater

Cernat, sint vigiles: Dat vigilantia,

Pigris tradere quod nefas.

Iohannes Iacobus Trederus,

*διὰ τὴν ἀναρχίαν.*

O Christe, Venus eris, da bona.

**A**nnue diva Venus, Peligni sacra parentes,  
Et clamabat Eryx: Annue diva Venus.

Quid? Gnidos atq; Paphus Dioneam ad sacra vocabant,  
Annue, clamabant, annue diva Venus.

Annue diva Venus vocitabat turba Palasga,  
Et Teucry Cyprus talia vota dabat.

Has autem Gentes spernis, Doctissime Sponse,  
Nec divam Venerem, ut perdit a turba, vocas:

Nam perversa Venus perversi est Gnata Parentis,  
Et quicquid primum est, non bona signa notat.  
Quare Christe veni, Tædarum Fautor & Autor,  
Tu Venus Autor eris, Tu bona cuncta dabis.  
Annue Christe Toro, Tu cœpta secunda secunda,  
O mi Christe veni, da bona Christe Venus.

Anno:

VIVite laM VlgILes, Vos, Vos VlgILant la Ditet,  
Vos mare, vos terra, & vos beet Ipse Deus!

Συχαίωv εχ.

Immanuel Placotomus.



Ur miseris, Tredere, pares connubia seclis;  
Jam rogitem: cum tot mala sint, quod are-  
nulae in unda, &  
Conjugium nusquam sine curis repperiatur.  
Atqui res tristes fugere atq; cavere solemus.  
Haut sentis mecum: & recta es Tredere secutus.  
Nam Deus ut ducas, jubet, uxorem. Qui igitur fons  
Atq; autor thalami, non vult te vivere solum,  
Sed jungi binos. Ego vobis Nectoris annos  
Opto, ut possitis lati traducere vitam.

της τημης ενεκεν εχ 2Φς

MICHAEL POMERANUS  
PASVALCO Pom.

Te



*E* quoq; nativa stimulari sentio flammâ,  
 Dum sentis viduum nauseam habere  
 torum.

*Laudo, crede mihi, tua cœpta ego Avuncule, laudo,*

*Quæ sibi tam sancto fœdere junxit amor.*

*Aurea conditio est, quoties redamantur Amantes,*

*Reddit & alternas mutua flamma vices.*

*Felices animas vestras genialis Amantium.*

*Quas Venus irrupta nectit utrimq; Fide.*

*ædiale*

**AMBROSIUS Giltebrand.**

Stetin. Pom.



*D*ieweil nun mehr der Nord mit seinen kalten Tagen/  
 Die schöne warme Zeit des Sommers will verjagen/  
 Und der Welt grosses Licht seiner erwärmung schein/  
 Uns allgemach entzeucht/ vnd mus verendert seyn.  
 Dieweil die Erde sich vermählet vnd ergiebet/

Dem harten Winterfrost/ in welchem sie verliebet.

Das grüne Feld anfengt vmb seine Bier zutawren/

Die andern Blumen auch/ muß ihre Schwester tawren.

Dieweil die Vögelein nicht mehr mit treflicheren

Erfrewen Hers vnd Sinn/ vnd in der Lufft spahieren.

Und auch der Segelsman / das Schiffzeug legt beyseit/

Der Bawr das Ackerwerck einsetzt auff durrer Weid.


O ihr vertrautes paar/ das nunmehr Mund vnd Hand/

Thut

Das Hoffnung/ Herk vnd Sinn knüpffte in der Liebe band;  
Thut recht vnd eben wol/ das zuerwärmen ihr  
Euch beyde jetziger zeit gedentke: Der Hochzier zier.  
Euch/ (mein ich) gleiches paar/ drum hat zu grossem Lohn/  
Apollo Gott gekrönt mit seiner Ehren Cron.  
Wozu ihn angereicht/ die Göttin vnd ihr Sohn/  
Vnd Phoebus Schwestern auch auff ihrem Helicon.  
Cupido so du bist nichts anders als ein Kind/  
Wie kömpfts das deine Hand so sehr viel überwinde?  
Ritt ich gleich Pegasus/ könt ich doch nicht entfliehen  
Ach Venus deinem Kind/ ich würd doch müssen ziehen/  
An seinem Liebes Joch/ würd ich gleich matt vnd schwach/  
Vnd folgen immer fore/ dem Tausent Schädellein nach  
Drumb liebste Jungfräwlein/ die ihr der Augenlust  
Seid. Ich bitte sagt doch an/ ob Euch je nicht bewust/  
Des nackend Göttleins Fehr/ auch seine scharffe Pfeill/  
Womit er euch verlegt/ sagts nur/ in schneller ehl.  
Ich weiß/ ihr heimlich lacht/ vnd wisset wol darumb/  
Cupido Euch verwund/ nach seiner Mutter Sinn.  
Ich weiß/ ihr müsset doch an Venus Wagen ziehen/  
Vnd Euch nicht ohn beschweer an ihrem Joche mühen.  
O folget williglich dem Bogenträger nach/  
Bald heilen wird er Euch wegcreumen Ungemach.  
Das ihr liebt ohne schew/ in wahrer freundligkeit/  
Vnd seid von Liebesnoth gesichert vnd befreyt.

gemacht  
von

A. G.



92116 **Bibliotheca** 105 000  
**P.P. Camaldulensium in Bielany**

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06393

S. VIII. 33

